

Ante tubas alias si classica nominis ibunt,  
Præripetque tibi cunctos tua fama triumphos.  
Perge, quid, instantis caussatus frigora bruma,  
Militibus timeas? non possunt membra rigore,  
Sole reflectatuo, & vagus ille binominis istri  
Annus, periuro quem posthac sanguine tinges,  
Ligna tuis ignesque vebet: mons Cetius ipse  
Nil veritus, multum vicina quamlibet urbis,  
Mænia Vindominae, in silvam tibi durat inem-  
ptam

Pervigilesque focos, radient ut noctibus iisdem  
Ecælo stellæ, hostili tuus ignis ab agro;  
Donec te validis auctum, Bernharde, catervis,  
Ver ubi molle locum castris ostendet aperto  
Aëreque & lymphis & multo gramine latum,  
Magna ad molis opus non longa hybernaremittet,  
Et fessos belli mortales strage vel una  
Illorum absolves quos non cernemus amicos  
Antelupus quam raptorovem, tigris aspera cer-  
Diliget, & tenera proles milvina columba. (vum  
Nonne vides adamanteis ut nexa catenis  
Hostica vis coëst, quosque inconfessa simultas  
Atque suus non unit amor, lis publica placet?  
Heic immanuetæ nobis lethale minatur  
Accola Parthenopes, & junctus Feria Bois